

Carmen Sapphicum
quod in strenam
novi anni ...
Samueli Åkerhielm
supremi di...

Welin, Johannes

1700-1829 81 Cbza Fol. 1728
Åkerhielm



National Library
of Sweden

CARMEN
SAPPHICUM

Quod in

STRENAM

NOVI ANNI

S:æ Reg. Maltis Summæ fidei Viro

Excellentissimoque Domino ac Heroi

D. N. SAMUELI
ÅKERHIELM

Supremi Dicastarii, quod in Fenningia est,
Præsidi longe Celsissimo,
Bonarum artium studiorumque Patrono
Summo & incomparabili,
In Submississimi Obsequii & veneratio-
nis testificationem

Dicavit

JOHANNES WELINUS.

АВОÆ, Imprimeb. Јон. Ктѣмрѣ Reg. Acad. Тупоѣг.

President
1728



ANNE, cygneas imitate plumas,
Qui geris barbas veteresque pilos,
Frigoris cuius niveas sequuntur
Vellera vestes:

Luridis rugis caperata menta
Qui plicas, liris caput & perornas,
Ac aras altos tibi fronte sulcos
Cursibus hora:

Quive perrepis genibus repandis,
Nunc quid in dorsis imitare lunam?
Frondebis cur es populatus almis,
Quois tinnuisti?

Cur cupis glebas numerare furvas
Pulveris, saxum silicesque duros?
Cernuus terram specularis atram,
Pronus in illam.

ANNE, confectum gravidamq; curu
Te senem grandem silicerniumq;
In levi jam jam Libitina condat
Pulvere nullis.

Cogita tumbam properare pullam,
Et nigri busti meditare larvas:
Sterno jam mattas tibi mox rogales,
Spargo cupressos.

Temporis longos habita recessus,
Delitescentes petito latebras,
Fascis avi gremioque longi
Membra reconde,

Fallor

Fallor, an nobis redivivus adsis;
Auribus nam te capio renatum,
Sicq; post ustos cineres resurgit
Rudere Phoenix.

ANNE, quid vagis? vagulisq; cunis
Ejulas? cur te video gementem?
Non potes linguam melius tenellam
Flectere fando?

Quid cupis, demus tibi serperastram?
Gestis, ut caneros imitere gressu?
Sicne nunc infans humilique discas
Repere terra?

Temporis vulvis oriunda, salve.
Abdito matris veniens recessu,
Sæpe qui durum rigidumq; pergis
Rumpere claustrum.

Lactea quod jam tua labra spuma
Circinant bullis, genetricis alma
Uber et blandum tibi lingua sugit,
Rumina mordens;

Hincq; natalem celebramus horam
Qua puer nobis iterum recurris:
Cauda cæci circum faciet remorsa,
Semper in angue:

Morte sic rursus repetisq; vitam,
Fine dependet tibi mox origo,
Poma sic ovum sequitur repente,
Et vice versa.

Phœbe, qui foescis equitare curru,
Vosq; ventosi Pyrois & Æthon,
Hancce jam nobis facitote lucem
lumine plenam.

Hunc diem primum decorate clara
Luce; nam nobis redivivus annus,
Verberet nubis sonituq; vestra
Ungula campos.

Hinc ego totus, Generose PRÆSES,
Celle VIR toto celebrande regno,
Juris excelsi RHADAMANTE Summe,
Sancte LYCURGE,
In.

Inclitæ grandis Themidis PATRONE,
Suppari juris PALINURE, TIPHYS,
Qui potes forti regitare juris
Turbinè mappas

Maximum Regni Svedici PEDAMEN,
Grande prefforum miserùmque FULCRUM,
Noster ac HEROS celebris per orbem,
Grande patentem;

Nunc precor multis calidisque votis,
Favstus ut tempus peragas renatum!
Lenis & pandat TIBI semper ales
Carbasa Japyge!

Casus haud mentem rigidusque vexet!
Morbus haud turbet faciei vigorem!
Favsta sed quavis TIBI Numen addat,
Cuncta Secundans!

Vive sic HEROS Pylii per annos!
Vivito sanus vegetusque nobis!
Vive, cum cygni nitidos sequatur
Plumula floccos!!!

